

Sirmii rep. a. 4781 (III 3228 bis ut videtur descripta). — 1) . . . fect. alterum apographum.

547 magno | et invicto | imp. | [Gallieno]¹ | Germanico Aug. | Licinius | Diocletianus² | v. e. | numini eius | dicatissimus.

Aquileiae rep. a. 4788 (V 856 saepius descripta). — 1) Nomen erasum. — 2) In simili titulo ab eodem posito Saloninae est Diocletianus cum apicibus.

548 Gallieno clementissimo principi, cuius invicta virtus sola pietate superata est, et Saloninae sanctissimae Aug. | Aurelius Victor v. e. dicatissimus numini maiestatique eorum.

Romae in arcu qui exstat in monte Esquilino ad aedem S. Viti prope S. Mariae Maioris, litteris magnis ab utroque latere (VI 4106).

549¹ | domini n. | Gallieni | invicti Aug., | qua universum | orbem suum | defendit ac | protegit.

Romae rep. (Borsari Notizie degli scavi 1884 p. 422). — 1) Supplendum: Felicitati vel Virtuti.

550 [*i*]nvicto | [*i*]mp. P. F. | Gallie|no Aug., | dis ani|mo vol[*t*]uque | [*c*]ompa[*r*]i r. p.

Prope Scupos rep. (Eph. ep. 2, 4057; Evans Archaeologia 1885 p. 115; inde III S. 8495).

551 Corneliae Salo|ninae | sanctissim. Aug., | coniug. Gallieni | iunioris Aug. n.¹, | ordo Cemenel.², | curant. Aurelio | Ianuario v. e.

Cimiez prope Nizsam, ubi fuit Cemenelum caput provinciae Alpium maritimarum (V 7879 vidit Mommsen). — 1) Iunior Augustus dicitur Gallienus (cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 4174 not. 1), senior Augustus intellegitur Valerianus. Aliter dicuntur seniores Augusti Diocletianus et Maximianus post abdicationem. — 2) Ordo Cemenelensium.

552 d. n. Corneliae Saloninae | Aug., coniugi d. n. | imp. Caes. P. Licini Gallieni | Pii Fel. et invicti Aug., | Dacici maximi¹, Germanici | maximi, trib. potest. IIII, | cos. III², imp. III, p. p., procos., | provinciae Baeticae³ | devota numini | maiestatiq. eius Cord. . . .

Cordubae, integra descripta saec. XVI, principia versuum etiam saec. XVII et XVIII (II 2200). — 1) Cognomen praeterea in titulis Gallieni non repertum. — 2) A. 257. Pro trib. p. IIII expectaveris trib. p. V; sed cf. N. 558 not. 5. — 3) Haec unde pendeant, obscurum.

553 P. Cornelio | Licinio Vale|riano nobilis|simo Caes., principi iuven|tutis, | nepoti et filio | dd. nn. Valeria|ni et Galleni (*sic*) | Augg., ordo | Vintiensium.

Vintii (Vence) in Alpibus maritimis (XII 12 vidit Mommsen).

554 P. Licinio Corne|lio Valeriano | nobilissimo Caes., | filio | imp. Caes. P. Licini | Egnati Gallieni | Pii Fel. invicti Aug., | col. Ulp. Trai.^o Aug. | Dacica Sarmiz. | metrop.¹ publice.